supra scripta oneratas q[ue] premissaq[ue] omnia praedicta cessa cum universis utilitat[ibus] et emolumen[tis] attinen[tibus]q[ue] et pertinen[tibus] generaliter universis tenendi habendi et possiden[di] illisq[ue] pacifice et quiete utifruendi ac ad suos et suorum successorum usus beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore praesentis Juris originalis ea omnia latius in se complecten[tis] praesentesq[ue] cessi et transfusi

Brzosniowski Consti Reformat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Nobilis Stephanus Brzosniowski sanus mente et corpore existens A terrestribus Nobilibus Juribus Jurisdictionibus q[ue] Suis, quibus se proprijs et competen[tibus] renuntiando Juri Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporan[do] et subijcien[do] palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Dorothea Zerniecka Nobilis olim Alexandri Zerniecki filia cum olim Mathia Marina de Maitkow procreata filia consorti vero sua Charissima et eius posteris summam Octingentorum floren[orum] polon[icalium] nomine dotis et ex peditionis illius de bonis paternis et maternis post eam acceptam et in domum suam importatam necnon aliam similem summam Octingentorum floren[orum] pecun[iae] polon[icalis] nomine aurei veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum sibi omnium haereditariorum obligatorum mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in posterum habendorum tum auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum equorum equitium pecorum pecudum ac totius suppellectilis domesticae quarumq[ue] nomine vocitatarum habitarum et habendarum dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et Reformavit prout praesentibus dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentes Quam quidem medietatem omnium bonorum suorum mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumvis pecuniariarum cum omni Jure dominio et proprietate omnibusq[ue] et singulis dictae medietatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinen[tibus]q[ue] et pertinen[tibus] generaliter universis nullis penitus exceptis praefata consors sua tenebit habebit et possidebit illisq[ue] utifruetur ac more aliarum Reformationum antiquitus in Regno Poloniae observari solitarum